



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

Nádasi, János

Romæ, 1657

Ioannes Baptista Mendez, & Gabriel de Solis Nouitij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

Con.

omninò rediturū promitte-
rat. Eâ spe hilaris reuerte-
batur P. Ludouicus: & ecce
collecto barbarorum globo
Ludouicus apostata illum
per iter aggressus, eius cor
sagittâ transfixit.

*Ioannes Baptista Mendez,
& Gabriel de Solis
Nouitij.*

*ibid. eodem
die.*

Hi sacris necdum initiati
cum P. Ludouico Neophy-
tum apostatam ad frugem
conati reducere, ab eo opti-
ma omnia promittente re-
duces, cū ille P. Ludouicū
perimeret, ab eius socijs tru-
cidati sunt, postridie post fe-
stum Purificationis Virginis
Matris. Hunc Ludouicum,
Cacicham vocat Catalogus.
aitque illum insulæ Floridae
principem fuisse; baptismum
simulatè in Hispania susce-
pis-

pisse; ac se ducem Patribus obtulisse.

Tres Sancti Martyres

Paulus, Ioannes, & Iacobus.

Paulus Michi Scholasticus nobili apud Iaponios domo natus, in Seminario Gregoriano literaturâ à nostris excultus, & Scholasticorum classi in Societate adscriptus, concionandi facundiâ, & felicitate floruit. magno fructu.

*Iapones.
Nangasacki.
5. Febr.
1597.*

Ioannes de Goto adolescens 19. annos natus, & ipse inter Scholasticos referendus; & *Iacobus Kisay* Coadiutor, erudiendis catechesi rudibus addicti, atque in Societatem recepti, ac Ozacæ breuî, vnâ cum Paulo, custodiâ circumscripti, cum latam in se crucis sententiam accepissent, lati exclamauere: *Benedictus*